Ludewicus dei gratia palatinus comes Reni et dux Bawarie. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis. quod nos et abbas et fratres con
uentus de Prunig. mediantibus uiris religiosis et discretis. Abbatibus videlicet de Tegernse et de Schiren. nec non et summo preposito. cum plebano ma
ioris ecclesie Ratisponensis. inter ceteras dextras. pro edificatione castri nostri in Abbach. in fundo ecclesie ipsorum eis iniuriose constructi. confederati sumus. ut nos
de bonis ipsorum ad fundum castri. quibusdam agris apud Danubium. in quibus forum situm est. et quibusdam aliis agris. terra [illegible]. quos publica
strata a ceteris ipsorum bonis discernit. usque ad riuum uulgo Chublesprunne dictum receptis. parte quoque nemoris iuxta Abbach. et curte in Welh
ir. conferremus predium Chunigeshusen cum omnibus suis attinentiis cultis et incultis. quod a regia manu iure beneficii possedimus. hac
interposita conditione. ut condigno concambio dictum predium regali confirmatione ipsis legitime confirmandum. sine omni eorum dampno conquireretur. Similiter
predium quoddam in Meringe cum omnibus suis pertinentiis. quod de manu Leupoldi pincerne nostri accepimus. tali mediante pacto illis tradidimus. ut quod
cunque in dictum predium L. pincernam nostrum attingeret. nos sine grauamine aliquo fratrum recompensaremus eidem. Preterea omnem decimationem in
bonis ab ipsis receptis. que et de omnibus dictis castris [illegible] et [illegible]. in frugibus diuisis. in capitibus et caseis et uolatilibus in perpetuum delegauimus ecclesie
singulis annis de publicis nostris officiis persoluendam. Compromissum est a nobis fideliter promittimus. quod omnes castellani illius castri in predicto monasterio perpetuam sibi
ponent sepulturam. Item iudicium uille Prunig in iurisdictionem abbatis cenobii perpetualiter transferendum fideliter compromisimus. et quod dictus abbas curie nostre an
notarius. summus capellanorum nostrorum heres. Curtem et in Theuring cum omnibus suis pertinentiis a cenobio quod monasterium dicitur situm apud siluam [illegible] spandu
alias collaudauimus. Item quod neque per nos neque per nepotes nostros numquam in omnibus aduocatiis bonorum suorum [illegible]
bio ut statuta fiat aliqua. neque aduocatum aut subaduocatum [illegible] ipsorum uoluntate constituere debeamus. nulla etiam molestia in possessionibus suis tam in [illegible]
um collatis. que et castris nostris ubicumque uicinis. per aliquam uiolentiam passuri. nisi sub pena dupli recompensationis a nobis exhibita. Item a nobis
sub forma sponsionis compromissum est. ut si quandoque dictum castrum aliquo modo aut euentu cessare contingeret. uel a legitimo herede masculo uacaret
non solum ipsa edificia cum omnibus bonis a monasterio receptis. sed etiam a nobis in concambium collata fratribus irreuocabiliter permanere. Acta sunt autem
hec omnia tali mediante conditione. ut infra spatium curiarum nostrarum sponsionis anni. uniuersa que predictum est. tam papalibus quam et regalibus privile
gus roborarentur. saluis omnibus laboribus et expensis monachorum. Alioquin omni post posita conditione. cassa foret tota forma compositionis.
causa. totaliter reuocata. Quod si similiter quod fieri debet. si per factam confirmationem. aut per nos. uel per aliquos nostros successores dictos possessi
pro iure non obseruetur. [illegible] [illegible] declarationem. hanc cartam pro memoriali tenendam. sigilli nostri appressione muniri fecimus
ones. Testes quoque presentes in sponsionis [illegible] annotari statuentes.
Heinricus abbas de Tegernse. Chunradus abbas de Schiren. Gotfridus summus prepositus Ratisponensis. Fridericus plebanus maioris ecclesie Ratisponensis. Albertus comes de Bog
en. Chunradus comes de Mosburc. Diepoldus lantgrauius de Leukenberge. Wernhart comes de Rotenekke. Ulricus de Werde canonicus Ratisponensis. Chunradus ple
banus de Chelheim. Egloldus plebanus in Honbur. Rugerus plebanus de Linthart. Hiemo clericus. Heinricus de Randek. Wernherus de Labor. Albertus Wolf de Lan
geneke. Hoholdus de Nidekke. Ulricus de Walruym. Ulrich de Dachau. Hiltprant de Zan. Baldwin de Parte. Otto de Tiginge. Perhtoldus
unnechouen. Fridericus de Schonhouen. Heinricus Spiegel. Heinricus de Stufe et frater eius Ekkebertus. Ulricus de Catrolfinge. Ulricus de Waldauwe
Ulrich de Sprin. Ulrich de Taphheim. Ekkepertus de Ekkinmul. Fridericus Auber. Heinricus de Assalt. Perhtolt de Pehouen. Heinricus de Sw
dela. Ulrich et Heinricus de Swarzenswale. Chunradus de Hertinge. Fridericus de Walcenhouen. Chunradus de Sala. Chunradus Pulles. Ulrich
Perhtolt de Dvekkinge. Perhtolt de Pehouen. Gebehart de Poukheim. Heinricus de Lihtenbe. Chunradus de Salzpurch. Heinricus de Pape
ger. Sigehart. Heinricus de [illegible]. Heinricus de Cahensevt. Fridericus de Porensteyn. Et alii quam plures.
Acta sunt hec in Prunigure. Anno incarnationis domini. M. CC. XX. IIII. Indictione. XII. Kalendas Januarii.